

PIERIVS VALERIANVS AD IO. BAPTISTAM MONTANVM, DE IIS QVÆ PER SO-

lem, Lunam & Stellas significantur,

EX SACRIS ÆGYPTIORVM LITERIS



Cribis, Clarissime vir, vidiffe te lemmata quædam mea in breue admodum compendium redacta, de Hieroglyphicis quæ per Stellam apud Aegyptios facerdotes in doctrinarum fuarum arcanis habentur: quod vt ad fe mitterem, Reuerendissimus Cardinalis vtriufq; nostrum alumnus Hippolytus Medices, tantopere flagitauerat. Addis infuper, cognouiffe te rei istiusmodi argumentum non in ea tantum fchedula contineri, fed à me longè copiofius confcriptum. Rogas itaque, vt rei totius Commentarium ad te mittam. Nam quicquid illud erat, ad figurarum tantummodo formam fpectabat, quibus [326, A] pictor vteretur in Iulio illo fidere adornando, cuius celebritatem Hippolytus ipfe tanto ftudio fouet. Nimirum video te, Montante eruditiffime, leonem ex vnguibus aestimare voluiffe: fed in re mea non leo, fed mufculus continetur, qui fe olim apud mythologos pro leone aufus est venditare. Quantulumcunq;ⁱⁱ tamen id fit quod ego præstare potuerim, officij mei fuit, omnio post habita contatione, obfequi viro tum à primis ftudiorum nostrorum annis amico, tum ætatis totius demum curfu mihi femper admirando, tam in philofophiæ quàm artis Medicæ peritia, quàm etiam in cultioris eruditionis elegantia, feu Græca feu Latina quis pofcat, politiffimo. Accipies igitur Stellarum hieroglyphica prove à me fuerunt interpretata. Sed nosti ftellas fine Luna defolatas quodammodo videri. Nam quò illæ rerum quæq; fuatum femina conspergans, nifi in Lunaris orbis paratiffimum, vt ita dicam, horreum condantur, quæ postmodum illa quafi fequestra terris demum indulgeat, aut potiùs vberimè largiatur? Sed neq; Luna neq; ftellæ fine Sole fui compotes effe poffunt: quare Sol quoq; his adnumerandus, imò anteponeendus. Ridebis, fcio, non erubescere me, quòd aufus fim de sole, de Luna, de ftellis apud talem tantumq; virum totius Encyclopædiæ decus & ornamentum verba facere: fed id me confolatur, quòd tu, vt hæc ad te darem, iufferis: quare fi quid hæc attulerint tædij vel molestiæ, vni tibi qui crabrones irritaris imputato. Utcunq;, si leges hæc quæ fun per nos in vnum veluti corpus hinc inde collecta, opto non ea tantum quæ me longè accuratius legeris, in memoriam tibi reducant, verum etiã te Pierij tibi deditiffimi memorem afsidue faciant.

DE SOLE.



COELESTIVM corporum quæ die nocteque micant fignificationes dicturi, rationi confentaneum effe duximus à Sole ipfo dictionem aufpicari: quando, nifi Sol effe, neq; Luna, neque ftellæ vllæ confpicuæ effent, vt & doctrina eft Aftronomoru, & res ipfa indicat. Cùm itaq; Sol reliqua huiusmodi corpora lumine illuftret fuo, noftrisq; videnda oculis offerat, ab eo vt pote lucis arbitro, initium meritò faciemus.

DEVS OPT. MAX.

THeologi tã vetuftæ religionis, quàm noftræ pietatis interpretes, Deū Opt. Max. & vnum & lumen, & bonum appellauerunt. Eaq; ratione Sol cùm fit vnus, vnde illi nomen, quippe à folitudine: fit lumen, vt fenfu manifeflum eft: fit bonus, vt quotidiano cernitur experimento, Dei ipfius hieroglyphicum nullo [C] alio figno addito, perhibetur. E profano verò cultu ante omnes Perfæ, reliqua deorum omniū, quam gentes ipfæ venerabantur, caterua reiecta, Solem Deum effe vnicū arbitrabantur, ita vt nulla diis templa condenda effe crederent, ea inducti ratione, quòd vni

ⁱ Cada folio del libro contiene dos páginas, en la primera se anotó en la parte superior derecha el número, y contiene los marcadores A, B y C, mientras que en la página posterior, se incluyen los marcadores D, E y F. La numeración aquí empleada se basa en el siguiente formato: 325 seguido de una coma, y un marcador, indica la primer página(p. ej.325, A), y 325-a indica la página posterior, que no incluye paginación numeral explícita.(Nota del Transcriptor).

ⁱⁱ Los conjuntos de letras ' q; ' y ' q; ', representan los símbolos ¶ y ¶ respectivamente, que no se encuentran en el catálogo de tipos incluidos en la librería perteneciente a la fuente ' Garamond ', empleada en la escritura de este documento.(N. del Trans).

Soli, quem colerent, vix mundus ipse sufficeret. Pythagoras tanta cum veneratione profectus est, ut aduersus eum nefas esse dixerit lotium effundere, ut pote quem omni cultu dignum arbitretur. Et Hefiodus praeceptum hoc summa religione obseruandum adhortatur. Omnino autem Gregorius Theologus id esse Deum dicit inter intellectuales creaturas (his enim locutionibus vtuntur qui diuina tractant) quod Sol inter fenfibiles. Quae verò de Solis similitudine cum Deo referuntur ab Ioanne, à Paulo, ab Hierotheo, absolutissimè verò à Dionysio, qui horum documenta literatum monumentis quam diligentissimè commendauit, cum ea quotidie per templa scholasq; omnes commemorata recitentur, ea hic ego duxi praetereunda, Phoenicum interim & Aegyptiorum inuentis gratulatus, qui primi omnium, ut Eusebius memoriae proditum ait, Solem & Lunam & stellas ita esse deos intellexere, ut eos [326-a] tantum gignendarum abolendarumq; rerum omnium causam affirmarent: quod [D] iis congruit, quae Plato Legum XII, de Parcis philosophatur. Nam & Anaxagoras Solem μυρρῶς ⁱⁱⁱ esse, hoc est, ferrum candefactum arbitratus est, atque ita omnia ex eo gigni conformariq; Xenophontem eos reprehendit, qui Solem Deum potuere, lumenq; eius & formam ad Deum Opt. Max. refert, quod omnis eius potestas & magnitudo à Deo fit, à quo una cum Luna fuerit creatus. Eaq; ratione reprehendit & Homerum & ceteros omnes, qui Solem unicum esse Deum crediderunt.

V N I T A S .

SI quid autem est in rebus, quae nostris obiciuntur oculis, quod unitatem significare possit, nempe Sol is est: id quod, uti dicebamus, locutionis etiam etymon attestatur à folitudine deductum fuit potius à Sole ipso fiat folitudo. Sapienter itaq; Alexander Macedo Dario amicitiam petenti respondit, nec mundum duobus Solibus posse regi, nec duo summa regna faluo statu terrarum haberi posse. quam ^{iv} sententiam ex Aristoteleis Ethicis sibi defumperat, qui discipulo adulaturus, tum haec, tum illam praecipue Homeri sententiam praetexerat:

Ὅν ἀχαιῶς ἀνυκνεύει, ἢς κύριός ἐστι, ἢς βασιλεὺς.

Quod verò Solem in rebus egregie unum esse dicebamus, extra res Deus quoque vnus, & τῷ ὀνόματι cognomento ab Orpheo, à Platone, & nostris agnoscitur.

V E R I T A S .

ET qua ratione Sol vnus est, eadem est veritatis hieroglyphicum: duplicia enim et multiplicia sunt veritati contraria. Simplex igitur fit necesse est, quod verum censeferi debeat. Hinc nudum effingitur ipsius veritatis signum: & quia omnia habet in conspectu, ex eo praecipue veritas est. Hinc Pythagoras πρὸς τὸν ἑλίας πρῆμμιόας quempiam loqui non debere monuit, facie scilicet contra Solem versa, quod non esse manifestis repugnandum significare contendunt: neq; hominem loqui ferè posse, quod vndeque verum fit, cum omnem hominem diuinæ literæ mendacem esse dicant. Sanè de iis quae liquido patent, apertamq; in se continent veritatem, dici solet, Meridiana esse luce clariora.

C H R I S T V S . [F]

AT facræ pafsim literæ **CHRISTVM** per Solem imaginari tradunt; ut illud, In Sole posuit tabernaculum suum. Et: Exiit de tribu Iuda, cuius signum est leo folare animal. Plato in Repub. Vt solet mysteriis suis inhærefcens, & Prophetarum quos adiit, & audiuit, oracula depromens, Solem visibilem Dei filium appellat, quippe qui Deum ipsum exscribere non adueat, & à quoquam fieri posse diffidat. Atq; identidem intelligendum, quod ubiq; Christus ipse profitetur hominem imaginem esse invisibilis filij: qui si lux est vera, quæ mentem omnem illustrat, expressissimum habet simulachrum hunc Solem, qui est lux imaginaria illuminans omne corpus. Hic patiente Christo aduersa Luna deficiens, confectum nobis fuit naturæ perfpicue commonstrauit: nosq; iure optimo diem, qui Soli à Mathematicis adscribitur, eum Domini vocitamus, & eius cultui sacrum dedicamus, vel hinc ostendentes, non esse cur amplius corporeum Solem, ut olim Gentes, colamus, quasi Regem coeli, & dominum, atq; moderatorem, postea quam Soli invisibilis, coæternus Patri & coequalis, per quem & coeli, & dominum, atq; moderatorem, postea quam Soli invisibilis, coæternus Patri & coequalis, er quem & cælum & terra condita sunt, fitos in umbra mortis homines illuminauit, estq; ut cum Simeone abfol[327-A]uam lumen, quod est gentium oculis tenebras ficiat, & electo populo gloriam afferat nullo vnquam tempore defuturam. In aliquot antiquorum numis cernere est humanum caput radiis circumquaq; diffusis, cuius inscriptio est, **O R I E N S** . Siue igitur pro Sole, fuit pro regione, vnde Sol oritur, imago ea recipiat, utroq; hieroglyphico Christum referre videbitur, de quo Zacharias

ⁱⁱⁱ Medrois[?]

^{iv} Sic.

Propheta: Ecce vir, **O R I E N S** nomen eius, qui dominaturus effet fuper folio fuo. Alter quoq; Zacharias antiquū hoc dictū atteftaturus, In quibus nos vifitauit, ait Oriens ex alto, vt eos qui fedēt in tenebris & in vmbra mortis, illuminaret. Ideo'q; tam vox, quā imago Orientis, Affertorem noſtrū ſignificat, ait Eucherius. Ex orientis autem Solis imago altera erat apud Ægyptios facerdotes, Lotos quippe arbor aquatica, vbi infantem in ea confidentē figuraffent. Hinc vtiq; vapores illos matutinos, qui à Sole mouentur, ftrictiori quadā aura refrigerantes portius quā aduſcentes^v intelligi volebant. Ceterū ego ſignificatū hoc, vt exortū lotos indicet, inde ſumptum crediderim, quòd ea ante Solis emerſum implicata folia habeat, quæ quidem ita ſenſim exſinuantur aperiuntur'q; vt magis ac magis tolli[B]tur iubar Solis. Maximè verò panduntur, vbi mediū is iter emenſus eſt. Eodem verò decedente, folia ipſa viciffim contrahuntur, complicari'q; incipiunt ac inſinuari, veluti nulli patēre velint præterquā nūmini quod venerantur: atq; ita quibus liceat modis, eo abeunte, feſe intra clauſtra cohibeant. Quod, vt Proclus ait, obſeruatum à Magis, vt ſacram omnino eam Apollini crederēt, effecit.

RESIPISCENS.

Habet & Aurora ſuum hieroglyphicum, quod aperire non pigeat. Per eam ſiquidem vir oftenditur, qui de voraginibus emergens prauorū operum, & erroris cæcitatem derelinquat, & ad iuſtitia & lucis puritatem euehatur: quæ ſententia eiufdem eſt, quem ſupra citauimus, Eucherij.

CLARITAS.

A Solis verò claritate, viros omnes inſignes, qui vel rebus præclare geſtis patriam illuſtrarunt, ſue ſublīmiori aliqua doctirna mortale genus (quod egregiè tu facis) inſtituerunt, aut vitæ ſancioris exemplo reliquis fuere documento, quò veram poſſent affeſqui beatitudinem, **L V M I N A** nuncupare mos eſt. D. Ambroſijus Luminaria, ſanctos inquam homines, inter mortales verſa[C]tos ait. Illi enim verè participes lucis, eas animas quas erudiebant ab ignorationis tenebris educantes, luminaria nō iniuria nuncupati ſunt. Ita gentes reliquæ viros qui præclari nominis effent, nomine Luminis appellarūt, vt Latinus Rex apud Maronem queritur, Lumina tot cecidiffe ducum.

IMPERII MAIESTAS SVMMA.

A Pud eoſdem, quos paulò antè nominauimus, Perſas, quorum quidem diſciplina recentior omnino fuit, deducta ad res humanas ſimilitudine, Sol. Eum, penes quem ſumma effet imperij maietas, indicabat, Solem'q; in eius ſublimitatis homines ſigna dare perſuaſum habebant. Vnde etiam apud Maronem:

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romā

Tunc caput obſcura nitidum ferrugine textit.

Et vltimo Domitiani tempore corona quædā iridi ſimilis Solem circundedit, quæ lumen eius ac radios obſcurabat: quod portendebat, vt Arioli interpretabantur, fore vt is Imperator à Stephano iugularetur.

HVMANA VITA.

Tantus verò eſt Soli cum humana vita conſenſus, vt is claritate ſua inſignis, vitæ identidem noſtræ tranquillitatē: obſcurus autem obnubilatus'q; rerū [327-a] noſtrarum perturbationem oftendet. Hinc apud coniectores inuenias, quod e[D]tiam veſter Hippocrates Medicis non ocioſe obſeruandum præcipit: Si viſus Sol in fomniis obſcurari, occultariue, aut nuſquam apparere, periculum inſtare vt ægrotus vitam amittat. Si verò vim alicuius infequētis ipſe Sol aufugiat, decumbentem in furorem agi præcipitem: mentis enim lumen eo ſigno labefactari, inquietari, ac loco exturbari fuo. Quæ cū quis imaginatus fuerit, ſollicitus admodum eſt Hippocrates, vt ægroto certa victus ratione obuiam eatur. Tantam verò Sol prærogatiuam in iis quæ ad nutriendi rationem ſpectant, habet, vt Phyſici omnes ex calore et humore noſtrum conſtare incrementum afferant. Nam & Heſiodus poſtea quā fluuiorum quorundam nomenclaturam abſoluit, ſubiecit mox, hos effe qui mortale genus enutrent, vnā cum Sole. Interpres addit: Aquæ enim & Sol nutriendi vim habent, eorum'q; beneficio res aluntur & glifcunt. Inde Catullus de flore quodam viuido:

Dum mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.

^v Ad vrentes...? [Mod.: ad urentes]

ANNVS.

A Pud aruspices Sol annorum significatum habet, quorum ipse Dominus est. Quodque ad hanc rem facit, Cyri omnium memoratur, qui scilicet imaginatus per quietem fit Solem terrarum manibus apprehendere frustra appetuisse, quidem convolvebat se Sol, & elapsus abire videbatur: hinc Magi dixerunt, eum triginta annos regnaturum, quo scilicet tempore Saturnus Solem eodem affequitur puncto, unde simul deferri coeperat. Id utcumque interpretatum fuerit, tamen ipsius commentum placuit.

GRÆCI.

A Egyptij vates per Solis imaginem Græcos in prodigiis intelligi tradidit, cuiusmodi rei nota est historia. Cum Alexander Macedo Tigris fluvium superasset, paulo post Luna prima vigilia defecti, deinde sanguinis colore suffusa^{vi}, lumen omne perdere visa est: quod Macedones laborum periculi dirum arbitrabantur, resque ad omnium desperationem processisset, nisi vates Egyptij, quorum doctrina omnis per rerum imagines explicabatur, affirmarent, bene sperandum esse, quod Sol Græcorum, Luna Perfarum indicium esset, ideoque ruinam frater^q; eo ostento illis gentibus portendi, quorum signum laborare visum esset, quod effectus postmodum comprobavit. Interferere autem hieroglyphicis [F] prodigia, omnia & ostenta licet, quia manifesta inter se congruunt germanitate.

PATER, MATER, LIBERI.

Sed ut ad hieroglyphica nostra redeamus, cum Sol generationis arbiter existat, Luna veluti lac humorem sufficiat ad nutrimentum liberi vitæ lumen à patre fortiantur, non temere apud Hebræos Iosippus puer imaginatus est fopore preffus se à Sole Lunaque; & stellis undecim adorari: nam quod patrem simul & matrem, ac fratres totidem id olim facturos, tunc ostensum, eventu postea comprobatum, cum illi annonæ præfecto, & maxima quæque negotia Regis in Ægypto administranti, cum nondum eum agnoscerent, procubuerunt.

PRÆGNANTIA.

Sed quod ad partus attinet, manifestissimo hieroglyphico id Egyptij figurare consuevit, apud quos bipartitus Solis orbis, in media cuius scissura stella imposita esset, humanum fœtum in prægnantis mulieris utero significabat, non ea tantum de causa, quod utrumque in corpore medio situm folari corpori ob rotunditatem equipararent, sed quia Sol conceptus omnes irradiatione sua vivificat, à [328, A] quo vitalis virtus precipue demanat, quod quidem Aristoteles Physicæ auctoritatis fecundo affirmat, gigni hominem ex homine & Sole profectus. Veluti verò stella lumen à Sole mutuatur, ita fœtus in utero alimentum à matre consequitur. Neque huius eruditionis imperitus Lucretius, cum Epicurum illum fuisse mortalibus vitæ tranquillæ initia dedisse conaretur ostendere, mortales reliquos stellas dixit, Epicurum verò Solem appellavit, his verbis:

*Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ,
Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Restinxit stellas, exortus vitæ aeris Sol.*

At dicet aliquis: si Sol exortu suo stellas omnes extinguit, quomodo illis lumen mutuatur: Quibus respondere facio, accidere id ex oculi nostri imbecillitate, qui luce illa omnium maxima perfricti, minora nequeant lumina conspici.

DE LVNA.



Tque hæc de Sole dicta sufficiant: non enim omnia proficere volui, [B] quæ super eo dici potuissent ab instituto hoc non aliena, sed occupationum tuarum ratio mihi habenda fuit, publicæ quippe professionis, lucubrationum tuarum peculiarium, sollicitudinis quam pro laborantibus, quotquot opem implorant tuam, benignissimè suscipis atque accuratissime^{vii} ratione quibus si longiore fermone auertere te voluisssem, in alicuius omnino commodum peccassem. Ad Lunam igitur breviter examinandam aggrediamur.

NATURA HUMANA.

Sole pro sublimioris naturæ imagine constituto, fuisse qui per Lunæ hieroglyphicum naturam humanam exprimi differrent. Nam quod hæc est limbo terra've constat, terra etiam lunaris globus

^{vi} Sic. [Mod.: suffuso, 'tímido, casto'].
^{vii} Sic.

effe perhibetur. Pythagoras enim Lunam modò terrā cœlestem, modò terreftre cœlum appellabat: ac terræ fimilem eam dicit Ariftoteles. Varia est præterea Lunæ facies, diebus'q; fingulis immutata confpicitur: neq; variantiæ quicquā magis obnoxium, quàm rerum humanarum conditio. Quinetiam fi vniufcuiusq; hominis vultum intueamur, nunquam aut rarissimè hac & illa vice eundē effe confpiciemus, modò enim iratū, modò leonem, modò tristem, modò hilarem, modò hoc, modò illo affectu per[C]turbatū comperiemus, ac provt diuersæ rerum imagines animum perculerint, ita varias in vultu figuras conformabunt. Hinc inter magna naturæ miracula de Socrate fertur, eum eodem femper vultu confpectum. Ad hæc, vt quæ tam manifesta sunt miſſa faciamus, cupida lucis Luna, cupidum intelligēdi (ea enim lux est) mortale genus. Eam modò Soli fuo adiunctam, modò abeuntem, modò redeuntem aspicias. Animus quoq; noſter nunciſſus veritatis lumini copulatur, nunc longè recedit, nunc ad veræ rationis intellectum facta repetitione revertitur. Aberrare enim hominum est, & fepties in die vel iuſtus cadit. Luna ea femper parte clara, confpiciua, & illuſtris est, qua Solem afpicit: obſcura verò, caua & inanis parte ea qua divertit à Sole. Homo qua fe parte convertit ad Solem fuum, micatiffimis radiis velut alter Moſes illuſtratur: ob eo verò auerſus aliò, turbulentiffimis omnium errorum tenebris obſcatur. Hinc dies à Deo dictur Neomeniæ, nouè quippe Lunæ, quem feſtum celebrare debeamus. Quod eo ſpectat, vt intelligit Adamantius, quando lex vetus vmbra futurorum est, quod Apoſtolus Paulus ait, eandem ipſam memorans Neomeniam, vt intelligamus iuſtitiaæ Solem Chriſtū effe, Lunam verò Eccleſiam, quæ lumine ipſius [328-a] repletur, ac cū Soli fuo iuncta fuerit, ei'q; penitus adhæſerit, tum feſtum diem [D] agit Neomeniæ.

PIORVM COETVS.

Igitur Theologi, qui Chriſtum Soli æquiparant, in quo fit fenſibilis humanitas, & diuini luminis imago, iidem per Lunam piorum, vt dictum, vniuerſitatem intelligunt, cū nulla fit gens, nulla natio, nulla ſectæ cuiuſlibet congregatio illuſtrata lumine, niſi quæ vt in Sole Luna, Chriſti radio verberatur. Eucherius quoq; Lunam Eccleſiæ dicit hieroglyphicū, nempe quòd in hac mundi nocte reſplendeat. Et quoniā defectibus menſtruis imminuitur, & faciem quotiedie variat, noſtræ fit etiam ſymbolum imbecillitatis, de qua ſuperius.

ÆTERNITAS.

Apuđ Gentes præcipuum erat Lunæ ſignificatum, æternitatis hieroglyphicum haberi, propterea quòd, cū defeciſſe videtur, noua iterū fit, ſæpius'q; anno toto iuuenefcit. Quare ſcitè admodum Horatius, cū breuem & imbecillam humanæ vitæ conditionem lamentatur, ait:

Damna tamen celeres reparant cœleſtia Luna [E]

In Fauſtinæ numis aliquot ſimula chrum est, quod læua pallam fuſtinet, dextera auiculam cum Luna ſuperſidente porrigit: inſcriptio, **Æ T E R N I T A S**. Alibi enim diximus eam in Marci adulationem relatam inter diuos à Senatu. In numis etiam aliquot Seueri Alexandri Aug. ſimulachrum videre est, quod dextera nouam Lunam attollit in ſublime, inſcriptione addita, **P E R P E T V I T A T I A V G**. Ægyptius autor Horus ad huius hieroglyphici ſupplementū & Solem adiecit. Et Catullus noſter, quæ de Luna dixit Horatius, ipſe de Sole dixit:

Soles occidere & redire poſſunt.

Nobis cū ſemel occidit breuis lux,

Nox eſt perpetuò vna dormienda.

Cauſa verò cur per hieroglyphicū Solis & Lunæ Ægyptij ſacerdotes perpetuitatem ſignificarent, ea perhibetur, quòd eos perpetua effe rerum elementa arbitrabant, quippe quæ virtute propria inferiora omnia generarent, conferuarēt, & perennare facerent. Huius ergo perpetuitatis, quæ ſemper fuit, eſt, & futura eſt in Chriſto, Pfalmographus memor, futurum ſcripſit, vt Chriſtum populi omnes reuerſan per generationes omnes, quan diu Sol & Luna circuitu fe con[F]voluerint. Et Cabaliſtæ vigefimam illam intelligentiā agnoſcunt à perpetuitate deſumptam, quæ per meatum Solis & Lunæ quotidie continuatur. Vita porrò noſtra (vt id identidem repetamus) eorum regimine ducitur, cuius cū duæ præcipuè partes ſint, eē'q; maximè propriæ, ſentire, & crefcere, quorum alterum Græci *αἰσθάνεσθαι*^{viii}, alterum *αἰσθάνεσθαι*^{ix} dixēre, ſentiendi vim à Sole, crefcendi à Lunari globo fortimur: atq; ita vtriuſq; luminis beneficio hæc nobis conſtat vita qua fruimur. Deniq; humore vnius, & alterius calore fuſtentatæ rerum ſpecies prorogantur, æternæ'q; fiunt. Ad hoc faciunt pleriq; Cornelie Saloninæ Auguſtæ numi, cuius caput ex noua Luna prodire videtur, à quorum tergo modò **F O E C**

^{viii} Sic, de difficili lectura.

^{ix} Id.

VNDITAS, ob id quod modò dicebamus: modò **IVNO**, quòd eadem Lucina eft: modò **PV DICITIA**, quòd Iuno, Luna, Diana, & idem Proferpina numen. Horum omnium fummam Catullus ita breuiter colligit:

*Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia & notho
Dicta lumine Luna.
Tu curfu dea menstruo
Metiens inter annuum,
[329, A] Rustica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.*

Quod verò ad huiufmodi fœcunditatem facit, pleriq; cœlum omnium terra nafcentium patrem arbitrati funt, terram verò matrem. Ipſum autem æthera propterea patrem, quòd aquarum lapſus inde cadentium feminis vicem præbeant: terrâ'q; matrē, quòd matris vice has excipiat, & inde pariat. Eadem de caufa Lunam, quippe quę totius humoris domina perhibeatur, quaſi virilem operam in eo fumminiftrando præſtet, à multis Lunum virili genere vocitatum reperias, quod profeſſus eft etiam Tertullianus. Et Cornelius Seuerus, quem Charifiſus citat, Phœben epitheto generis mafculini adiecto dixit:

Igneæ iam cœlo lucebant fidera, Phœbe Fraternis fuceſſor equis.

Quamvis nō defint Grāmatici, qui eruditionis fortē iſtius ignari, putent **S V C C E S S O R** fœminino etiā ſexu dictū ab antiquis: vt, Autor ego audendi, de Iunone. Verū illud probabilius eft, quod aliquam fapit eruditionem. Sanē inueteratum effe cōſtat apud Carrenos Mefopotamiæ populos, eum qui Lunā muliebri nomine ac ſexu nuncupandam putaffet, eo fupplicij genere damnatum iri [B] à Natura rerum omnium arbitro, vt is mulieribus addictus eis femper feruire cogeretur. Qui verò marem eam effe credidiffent, futurum vt vxori femper fuæ dominaretur, neq; vllas vnquam muliebres infidias pateretur. In Hebræorū arcanis, quæ Cabaliſtica vocant, omnes fiderum idearum'q; cœleſtium virtutes lunari corpore fufcipiuntur, à quo poſtea, vt diximus, in inferiorem materiam vt genitale femen immittuntur. Rerum ſpecies, fructus, animantia, nouatūſque omnes per elementa ſingula progeneraturæ. Alibi ſimulachrum panis, quod Panopoli vifebatur, attigimus, eo geſtu factum, vt Lunam à dextera ſitam flagello verberare videretur, quippe vt quæ apud eam quaſi in penum quandam repofita effent, rerum femina loco & tempore depromi flagitaret.

M E N S I S .

QUod ſi Lunam Ægyptij deiectis infrà cornibus pinxiſſent, hieroglyphico eo menſem ſignificari prædicabant, cū palām ſit eam in ortu cornua furrigere furfum verſus, eo præcipuē tēpore, quo ſigna Zodiaci vel recta cadunt, vel ariuntur, quòd pars inferior tātūm, ea'q; oculis noſtris minima, propinquo occidente Sole cōſpicua ſit. Ad coitū verò properantē, ſub ſeptimū & vigefimū [C] itineris decurſi diem planē manē cōſpectā deorſum cornua demittere: duobus enim reliquis, quos in affequendo Sole, eo'q; mox prætereundo cōfumat, omnino latet, tertio feſe incipit oftentare. Hoc eodē ſignificato poëtæ quoq; menſem intelligunt, vt illud: Luna quater latuit.atq;^x eodem modo apud alios paſſim.

Æ G Y P T V S .

IN T. Antonini Aug. Pij P P. numo, qua parte inſcriptio eft, **A L E X A N D R I A**, videre eft humanæ figurę ſignum, quod ambabus manibus Lunam affectet apprehēdere, fue ſit is adorationis geſtus. Ea autem cornibus infrà deiectis ſita eft, tribus in convexo tuberculis, duobus infernē, quæ veluti guttulæ pendētes funt. À pedibus poëtica parte ápice tres fructu prægrauide cōſpiciuntur: ab antica crocodilus humi repit, capite in ſimulacrū id reflexo. Quæ omnia, vt hæ partes alibi declaratæ funt fuiſ quæq; locis, Ægyptum ipſam ſignificare, etiamſi non adeſſet inſcriptio, Alexandria, nulli dibium relinquitur.

S O P H I S T Æ .

VArietas autem Lunæ, mutatis quotidie faciebus, adeò cōſpicua, anſam dedit, vt nonnulli fophiſtas per Lunę hieroglyphicum intellexerint: & Ægy[329-a]ptij fophiſtæ, quando Luna Ægypti ſymbolum eft, cuius prouinciæ Ifis domi[D]na perhibetur, toto opere notantur. Alia tamen

^x Sic, en el original.

ratione Clitomachus, vt apud Stobæum legere eft, Dialecticam Lunæ æquiparauit, quæ nunquam eadem facie fefe mortalibus oftendet, nunc accretione, nūc diminutione luminis afsiduè variante, nunquam interquiefcat.

INSIPIENTIA.

Noftri huiufmodi varietatis ergò infipientiam per Lunæ fimulachrum indicarunt, quippe cū propter vniformitatis effigiem, veritatem, & propter lumen in Solis corpore, ratione firma præditum intellectum innuerent. Contrà per Lunę varietatem, & nothum lumen, inconfantiam mentis accipiebant. Vnde Salomon, Sapientia: Sapiens ficut Sol permanet, infipiens autē ficut Luna mutatur. Et Matthæi locus de iuvene lunatico, qui nonnunquam in ignem, nonnunquam in aquam cadere confueuerat. Quod fi trahas ad fpiritum, animaduertas in talibus impetus quofdam quafi bonorum operum furrepentes, ita vt laudandi videantur, ab iis tamen qui dilucida in eis interualla non agnouerunt: rurfus enim eos minui videas, quod'q; videbatur in eis lumen, non eft diurnum, fed nocturnum lumen, quod quidem vfqueadeò imminuitur, vt iam [E] penitūs deficiat. Atq; ij nonnunquam in ignem cadunt, id eft, in ardorem concupifcentiæ, in veteres excandefcentias, vlcifcendi'q; cupiditatem, in pecuniarum amorem, & vitia reliqua. Nonnunquam in aquam, hoc eft, in lubricas mortalium curas, in perfeuerandi defperationem, in ambitionis fluctus, ciuiles'q; vndas perpetua inftabilitate exagitatas. Humana enim vita, vt alibi oftenfum, marinæ inftabilitati plurimū afsimilatur.

PERSÆ.

QVod verò Luna Perfarum hieroglyphicum effct, fuperius ex oftento dictum, & quid fuper eo fenferint Ægyptiorum Magi.

NOBILITAS.

Pervulgatū & illud eft, Lunæ geftamen apud Arcadas nobilitatis hieroglyphicum fuiſſe: qui quidem Profelenes ea de caufa nuncupati funt, quòd ab Deucalioneo diluuiò primi ipſi Lunam infpexiſſe naſcentē ſe credidēre: quod'q; putarent vniuerſum humanum genus aquis obrutum periſſe, & à ſe rurfus originem propagationis emanaffe. Erat verò geftamen id, quo vti foliti Arcades, [F] fibula in Lunæ cornua porrigentis ſpeciem, qua calceamenta connectebantur: de qua fcommaticum Herodis dictum fertur in Bradeam vxoris fratrem, qui cū generis fui nobilitatē æquo verboſius apud Romanos oftentaret: Næ tu, inquit Herodes, generis tui nobilitatem in afragalis geſtitaſ. Quin & Romanis, qui nobilitate præſtarent, geſtandi lunulas morem fuiſſe Plutarchus tradit: nifi fatis fit Martialis dictum, lunatam pellem appellantis calceum in hanc ſententiam. Et de Quintiliano Rhetore apud Iuuenalem habetu:

Et nobilis, generoſus

Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Sunt qui caufam huius geſtaminis eam commenti funt, vt ſic admonerentur
confierandam effe rerum vicifſitudinem, quæ præfertim in Luna
ſpectabilis eft, ne folo nobilitatis nomine nimium
turgeſcerent.



Ed iam locus exigit, vt ftellas tuas aggrediamur, quarum significata recensere, rationem'q; reddere, noſtræ potius fuerit indaginis, quàm alterius cuiuſpiam inuentum, cùm præfertim in reſtituendo cõtextu pauciſſimorũ admodum verborum, quæ ftella fuper apud Horum Ægyptium tradita inueniuntur, cura labor'q; non defuerit. Sed eſt omnino in damno libellus ille tam in vulgatis Aldina impreſſione, quàm etiã in manu ſcriptis exemplaribus, quorum nobis copia fuerit. Sed iam ad rem ipſam.

VNIVERSI DEUS.

APud Horum igitur legas ftellam hieroglyphicum eſſe Dei, neq; ferè quid amplius: quare neceſſe eſt rem ipſam, paucis hiſ includam verbis, maniſeſtius & latius aperire. Etenim cùm Ætyptij luctamen & concertationem, quam Deus Opt. Max. in cœleſtibus orbibus, aduerſo motu atq; eo etiam vario concitatis, inſtituit, contemplarentur, neque id alia quapiam ratione deprehendiſſent, quàm ftellarum motu, earum'q; præcipuè, quas vices aſiduè variare maniſeſtum rapi'q; vniuerſam mundi ſuperioris machinã ab exortu occaſum verſus, vertigine ſupra mentis captum citatiſſima, ac niſi res ipſa quotidie fidem faceret, prorſus incredibili: obniti verò contrà ab occaſu exortum verſus ſphæras octo ex iis, quæ nobis innotefcere potuerut, eaſ'q; provt magis minu'ſve à centro diſtant, pro ratione ſua eo ſegnius aut velocius ad metam properare, nimirum fieri hæc abſq; Deo minimè poſſe crediderunt. Quis enim tantarum molium rector conſtitueretur, qui certo temporum ſpacio omnia gubernare, niſi mens ſuprema omnium arbiter haberetur~. ^{xi} Cùm igitur per ftellas potiſſimum in Dei ipſius cognitionem perveniſſent, ipſius vniuerſi Deum per ſignũ idem ipſum, quo rem deprehenderant, ſignificare inſtituerunt. Ideo'q; ftellæ hieroglyphicum pro mundis totius Deo ponere voluerunt. Sententiam verò hanc Romanis etiam placuiſſe poſſumus ex eo coniecere, quòd in Pertinacis numo ſimulachrum eſt, manibus verſus ingentem ftellam ad cœlum ſublatis, cum inſcriptione, **PROVID. DE OR. COS. II.** Ita ille diis gratias agere profeſſus, quorum providentia rerum potiſus eſſet.

[C]PAN.

ATq; ea potiſſimũ ratio eſt, cur Pana Deum ex hieroglyphico ftellarum intelligi contendebant: quin & pectus eius variis inſigne ftellis effingebant, cùm omnino per Pana totam rerum naturam interpretarentur: qua de cauſa & fiſtulam ſeptem calamis compactam, propter errorum totidem concentum, ori eius apprimebant: de quo apud Orpheum plura. Probo autem idem & Pan & Iupiter eſt, quòd παν omne, vniuerſam quippe, vt dictum eſt, naturam ſignificet. Propterea verò & h'inuleæ^{xii} pellis varietate tegi ſolitam aiunt, vt ex maculis referri ftellæ videantur, de quo in Serpentis commentario plura: quod quidem iſti forſan de facris noſtrorum literis deſumpſere, in quibus legitur, Extendit cœlum vt pellem: quamvis Adamantius dictũ de ſapienti anima interpretatur. Nimirum illa extenſio in modum pellis, tanquam literis inſcriptę luminaribus & ftellis, dicitur Rakia: & ^{ῥακία} Græcis corium eſt. Nos verò tentorium illud, firmamentum appellamus: & aulęa picturata vulgus etiam vbiq; hodie Racia nuncupat. Porrò cœlum propter micantes ftellas à cælatura appellatũ Probus idem putat, vnde ſcilicet Luna bigis ferri incipit, in ſuperiorem vſque cœ[330-a]leftium orbium partem, quæcunque cõtinentur, ea Gręcè ab ornatu ^{κόσμος}, à pu[D]ritia Latinè mundus vocatur, ait Varro.

CELEBRITAS.

NOn temerè itaq; in fomniis, vt apud Philoſtrophum legere eſt, Satyrificus eſt celebritatis hieroglyphicum. Nam Dionyſij mater, eius qui Syracuſanorum tyrannus fuit, cùm prægnans eum ipſum aluo contineret, per nocturnam imaginem viſa ſibi eſt Satyrificũ peperiffe. Ex quo galeatę Siculi coniectores interpretati ſunt, eum quem illa peperiffet, clariffimum Gręciz fidus, ad diuturnum cum Fortuna fore. Hinc Naſo etiã fidus pro nobili claritate generis poſuit, vbi Maximũ, ad quem de Ponto ſcribit, fidus Fabię gentis appellat. In diuinis quoque literis, doctorum & pietate inſignium virorũ lumina per ftellas ſignificantur: vt apud Daniele, Docti tanquam ftellæ fulgebunt. Et quæ progenies Abrahæ promiſſa diuinitus eſt, tanquam ftellæ, nō tam ad numerum

^{xi} En el original, el símbolo '˘' sobre el punto final.

^{xii} hinuleæ

innumerabilem refertur, quàm etiam ad rerum, quibus pofteri eius illuftrandi effent, claritatem. Præcipuè verò Hyades in huiufmodi celebritatis hieroglyphicum delectæ, vt admonet Eucherius: fiquidem ortu fuo folent pluuiam inducere, atque [E] ideo per id fidus facræ difciplinæ doctores interpretantur. Cur verò pluuiæ diuinæ fit inftitutionis hieroglyphicum, fuo commentario eft ab vnde difputatū.

PROSPERITAS.

ARufpicum autem obferuationes ftellam afferunt proferitatis, ac læti alicuius euenti fignum effe, ab Atteio Capitone traditum, quod, vt Feftus ait, acceperat à P. Seruilio augure. Hinc locis inaugurandis ftella ex lamella ærea, qua fpecie reliquæ fpectantur in cælo ftellæ, præfigebatur. Difciplinam hanc fecutus Virgilius, feliciffimum Troianæ pofteritatis fuceffum Anchilæ ita præmonftratū ait:

*Subitòq; fragore Intonuit læuum, & de cælo lapfa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.*

Neq; immeritò Cæfar Auguftus crinitam ftellam vifendæ magnitudinis, quæ Iulio Cæfare fublato ftatim aparuit, cum paucis admodum fententiam fuam profeffus, felicitatis, quæ fe depofceret, oftentum interpretatus eft. quamvis^{xiii} palàm Iulij Cæfaris animam in eam ftellam commigraffe dictitare folitus effet, rem'q; teftatus fit numifmatum monumentis. Ftella fcilicet impreffa in eo nu[m]mo, cuius infcriptio eft, **CÆSAR AVGVSTVS**. Ab altera verò facie, **DIVOS IVLIVS**. Adiectum etiam eft id infigne capiti ftatuae eius in foro pofitæ. Et alij pleriq; numi Cæfaris caput ftella fupra frontem præfixa confpicuum oftendunt. Et Dionei Cæfaris aftrum Virgilius hac de caufa celebrauit. Veluti etiam Horatius micare dixit Iulium fidus, velut inter ignes Luna minores. In numis verò quos Metius Macer in honorem Cæfaris cufit, cometa ab occipitio Cæfariani capitis appofita eft, vt ab eius obitu fignum id fubfecutum innuat. Fuerunt autem ex iunioribus nonnulli, qui per ftellam tantum Iulium Cæfarem intelligi voluerint, picturis publicatis. Verum hæc confignificat, non autem fimpliciter fignificat.

FATVM.

ADiecere facerdotes Ægyptij, Fatum per ftellam fignificari, quoniam id ex fiderali difpofitione cõfiftere vulgata doctorū opinione creditur. Per motum enim ftellarū negotia tranfiguntur, vt Hiefiodi interpres ait fuper Afterie. Nā & Parcæ illæ, Clotho, Lachefis & Atropos, vt alibi ex XII. Legū Platonis [331, A] offendimus, nihil aliud fibi volunt, quàm tardum in primis Saturni motū, quo fingula maturantur: & multitudinem virtutum, qū in firmamento funt, per quas tanta rerum varietas in inferioribus generatur: ac reliquorum deniq; erronum motū, quo quæq; tempore perficiūtur. Quamvis enim à Solis & Lunæ beneficio vita confitet qua fruimur, noftra tamē negotiatio tam ad ipfa duo lumina quàm ad quinq; vagas ftellas refertur, vt vulgus Aftrologorum putat. Quinetiam nullum in cælo fidus, lumen nullum, otiofum volunt. Et Cabaliftæ, nullam effe herbam plantamve in orbe hoc dicunt, quæ non ab aliqua firmamēti ftella irradietur, foueatur, & ad incrementum adiuuetur. Erronum verò varijs coniunctionibus & affectibus, vt vocant, ea reum viciffitudo in humanis rebus effe perhibetur, quæ fati cognomento à plerifq; nuncupatur. Tametfi clariffimi ætate noftra fuere viri, qui acriter in Mathematicos inuecti, huiufmodi veterum cõmentationes plurimas euertere conati funt. Cæterum vt diuos Auguftinum & Ambrofium ac plerofq; è noftris alios miffos faciam, qui lapidem hunc voluere, Plotinus è veteribus nihil vi & poteftate fiderū hominibus eue[n]ire contendit, fed ea quæ decreti neceffitas, quam noftri prædeftinationem vocant, in fingulos fancit, ita per horum feptem tranfitum, ftationem, receffumve monftrari: vt aues feu præteruolando, feu ftando, futura pennis vel voce fignificare dicebantur, ipfæ tamen rerū indociles, ac quid agant prorfus ignoræ: quarum volatus, aut ftatus, aut garritus, provt faufta infaufta've, commoda vel incommoda portendere exiftimabantur, ita falutares aut terribiles habitos, cū à fe ipfæ neq; falutem, neq; terrorem vllum afferant.

DE SIRIO.

QVam tamen præ fe fert ftella Sirius præfagiturā, non leui de caufa, fed ex grauiffimis philofophorum obferuationibus adinuenta eft. Aiunt enim Ætæos ortum Caniculæ diligenter quotannis obferuare folitos, cõiecturam'q; inde capere, falubris'ne, an peftilens annus futurus effet. Ea enim ftella fi obfcurior ac caliginofa propemodum extitiffet, pingue, ac concretum effe cælum, ac perinde afflatum eius grauem & peftilentem futurum abominabantur: fin illuftris atq; pellucida

^{xiii} Sic.

apparuiſſet, cœlum identidem tenue purum'q; conijciebant, [C] futuram'q; inde falubritatem præfagebant.

COELESTES SPIRITVS.

CÆterum nos cum piè fimus inſtituti, cur nõ etiam piè loquamur~.^{xiv} Sanè cõſtat apud Theologos, & Dionyſium præcipuè, tris antegelorum effe hierarchias, quibus in firmamento fedes præcipuè conſtituta. Harum fuprema foli contemplationi vacat, Deum'q; perenni fono, continua'q; aſiduitate nullo vnquam tempore defutura collaudat. Medius autem ordo cùm fit cœleſtibus officijs atq; muneribus delegatus, per firmamentũ, quod ab excellentia Cœlum appellat, ſignificatur. Poſtrema verò hierarchia, etfi natura fupra omne corpus eft, fupra'q; cœlum, curat tamen ea quæ ſub cœlo funt. Et cùm diuidatur in principatus, archangelos et angelos, omnium horum munus circa ea tantum verſatur, quæ ſub Luna funt. Principatuum cura circa reſpublicas, principes, ac Reges, vt ex Dauide cognofcimus. Archangelorum circa myſteria, & facras cæremonias. Angeli priuatis ſtudent rebus, & ſinguli ſingulis hominibus adhibentur. Euthymius porrò Iudæorũ fuiſſe cuſtodem Michaelẽ nominat, vbi verba citat ex oratione Azariæ, libro Danielis: Angelus autem Domini deſcendit fimul cum Azaria & focijs in fornacem: cùm tamen archangelus fit. Sedenim [331-a] fæpe admodum in quotidiano fermone omnes ordines Angeli nuncupatio[D]nem vſurpant. Cùm igitur tertius ordo huiufmodi res humanas tueatur, & ad incorruptibile ſuperioris dominij decretum dirigat, cuius potius quàm huic ordinij Fati cognomentum dabimus~. Qui demum cùm octauæ ſphæræ, hoc eft, ſtellato infideat orbi, à foli eius excellentia ſtellæ ſignificatum Fato congruere meritò videtur. Neque tamen abſurdum eft Angelos per ſtellas intelligi, qui ſtellarum præſides habeantur: veluti cùm apud Salomonem pro cœlo Deum intelligimus. Scriptum eft enim hiſtoria Regum, Exaudi ô cœlum: vbi non cœlum tamen, fed cœli, & terræ rectorem ac Dominum, ex Theologorum interpretatione, Deum appellat. In Moſeos etiã traditionibus, vt fummi viri locum interpretantur, per ſtellas Angeli ſignantur. Demum Angelorum munera cùm ſint, purgare, illuminare, perfectum redere: ſi Parcis hæc, vt fortè non incongruum videatur, adſcribere voluerimus, ne penitiora hæc documenta ſublimius æquo perſcrutemur, Fatum id omnino effe conſtabit. Cui quidem opinioni ſubſcribit Chryſippus (hos enim autores citare compellor, propter noſtrorum quorundam literaturoꝝ peruicaciam, qui pro[E]fanis autoribus maiorem adhibent fidem, quàm Chriſto, & à Chriſto patr'q; eius omnipotente Deo illuminatis.) Igitur ſi Græcis philoſophis magis quàm Paulo vel Apoſtolis alijs credunt, Chryſippum præcipuum ex antiquioribus audiant ita dicentem, Fatum effe potentiam ſpiritualem, certa quadam ratione vniuerſi conſtitutricem. Atq; alibi: Fatum, inquit, eft mundi ratio: vel, lex eorum quæ in mundo prouidentia conſtituuntur: aut ratio ad quam omnia quæ fuere, facta funt. Quin & Poſidonius, dum Deum Iouem primum appellat, ſecundum Naturam, tertium Fatum, ſi quæ de Angelis retulimus, & alia Theologorum ſcripta conſiderare voluerimus, idem hoc, aut non multum diſſimilia ſentire deprehendetur.

TEMPVS.

AD hæc ſtella temporis etiam eft hieroglyphicum, quia nihil in mundo toto ſtatam temporis legem magis obſeruat, quàm cœleſtia corpora, quæ ſua quadam lege iterũ ac ſæpius mota, eodem ſemper temporis interuallo, certis'q; periodis eò redeunt, vnde ferri cœperant. [F]

EXPLORATIO.

STella eadem apud Ægyptios circuitionis indicum habetur: quod ſiue ad orbicularem motum, ſiue ad cœli ipſius figuram, ſiue ad ea quæ de temporũ repetitionibus modò dicebamus, quis retulerit, omnia quadrabunt. Sedenim quam hi circuitionem ponunt, explorationem potius ego dixerim, propterea quòd ſtellæ peruigiles facta conſilia'q; noſtra omnia videntur explorare. Vnde apud Cattullum legas:

*Aut quàm fidera a multa cùm tacet nox,
Furtiuos hominum vident amores.*

Apertiſſimè verò apud Plautum exploratores per ſtellas intelligunt~^{xv}, ſi cui non fatis eft Chriſti ipſius teſtimonium dicentis, vel puerulorum Angelos facta eorum omnia referre coram patre ſuo. Nam ſtellas paulò antè Angelorum hieroglyphicum agnoſcebamus. Apud Plautum igitur Arcturo ſtella in ſcenam introducto, hæc, Rudente, recitantur:

^{xiv} Vid. xi.

^{xv} Id.

*Qui est imperator diuūm atq; hominum Iupiter,
Is nos per gentes alios alia disparat,
[332, A] Qui facta hominum, mores pietatem, & fidem
Nofcamus, vt quenq; adiuuet opulentia,
Qui falsas lites falsis testimonijs
Petunt, qui'q; in iure abiurant pecuniam,
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem,
Cotidie ille fcit quis hīc qærat malum.*

Romani enim veteres hæc de ftellis opinabantur, quæ nos officia Angelis attributa nofcimus, cūm animi illi, olim iam electi ad pietatem, & religionem, cultum'q; Dei, in rerum diuinarum curam, qua poterant, ante omnes propenfi effent: quare hi de ftellis, quæ nos fuperius de Angelis ex fapientiffimorum hominum fententia retulimus, intelligebant. Huiufcemodi autem explorationis ergò C. Caligula nouum quod exogitauit coronarum genus, Solis & Lunæ, fiderum'q; fpecie diftinxti, eas'q; coronas nouo etiam nomine exploratorias appellauit, vtpote qui per Solem diurnos, per Lunam & ftellas nocturnos exploratores intelligeret. Cur verò noctem facerdotes ijdem ex ftella picta fignifica[B]rent, manifeflius eft, quàm reddi caufam vllam oporteat.

CVSTODIA.

VIdere eft in numo quodam cuius infcriptio eft, **VRBS ROMA**, fpecum in arcum productum, cum lupa et geminis infantibus circum vbera in medio fitis. Ab vtroq; autem fpecus latere affurgūt pueri duo colludentes: fupernè ftellæ totidem fiue pro genijs illæ fint, quorum aufpicijs infantes qui fuerāt in fluuium abieti, fofpitati fint, mox famelicam lupæ rabiem nō effugerint modò, fed ab ea perhumaniter etiam fuerint educati: atque ita argumentum hoc omne **CVSTODIÆ** fit hieroglyphicum, quæ diuinitus fuerit infantibus præparata. Nam & apud nos certæ funt preces, quibus Angelum nobis coftodem dari depofcimus. Siue celebritatis, neq; non apotheofeos, quæ fubfecutæ funt, ftellæ illæ figna fint. Siquidem Romulus fratris nomē etiam poft mortem eius publicis actis adfcridebat. Vnde Virgilius dixit, Cum fratre Quirinus iura dabant, commentus quidem id Romulus, vt Remi fratris manes placaret. Quibus terrificis imaginibus fæpius infeftabatur.

[C]ANIMA.

ESt etiam id apud Ægyptios ftellæ fignificatum, vt defuncti iam hominis animam oftendat, quod in manu fcriptis codicibus habet~: quod dibio procul animæ immortatlitatē indicabat, quæ fcilicet deficiente corpore vim atq; vigorem fuum efficaciffimè conferuaret. Atqui vim luminis manifestam anima ipfa videtur obtinuiſſe, quam fcintillam maffæ ftellaris Heraclitus Phyficus affeuerabat. Timæus verò Locrus vnicuiq; animę collegam effe fiue confertam ftellarum aliquam tradidit, quod non diffimile eft à genio fofpitati atque cuſtode, quo de fuperius differebamus.

MORBUS GRAVIS.

HIppocrates medicus obferuauit, ftellas per fomnium in mare, vel in terram cadere, atq; euaneſcere viſas, graues indicare morbos ei apparatus qui fibi videre id viſus fuerit: cūm contrà, claræ, & exortum verſus currentes, fanitatis affuturæ indicia fint.

CREPVSCVLVM. [332, a]

Ddunt Ægyptij facerdotes (quod in imprefsis codicibus non habetur) crepufculum ex micantiffimæ ftellæ fimulacro fignificari, propter Hefperi Phofphori'q; notabilem fulgorem, vt puto: quæ quidem eadem Veneris ftella eft, nonnunquam Solem præcedens, nonnunquam fubfequens: itaque per aliquot dies ante Solis exortum ftellarum omnium maximè fplendefcit, aliàs occidente eo, luce fua alijs præmonftrata, atq; his quafi valere iufsis, ipfum mox Solem fubfequitur. Vel quia tota ftellarum ratio inter vtrunque crepufculum, vefpertinum fcilicet & matutinum, munus peragit fuum. Vefpertino fiquidem excitatæ crepufculo, fimulac matutinum aduenerit, fuo quafi perfunctæ excubiarum munere, Soli fua data vice ftellæ recedunt omnes. Et vt tandem ftellarū commentationem cum vtroque crepufculo abfoluamus, earum'q; principium & finis terminetur, pauca quædam fubiungam ex diuinis literis, in quibus Nox fuum habet hieroglyphicum, cū præfentis vitæ tenebras, & hallucinationem fignificet: matutinum verò tempus pro futuro feculo ponatur: de quo Paulus, Nox præcefsit, dies autem appropinquabit. Eo'q; fpectare dicit hefychius Hie[ro]folymitanus præceptū illud Leuitici, Ne de carnibus facrificij falutaris quicquam in matutinū relinquatur, quippe ne viam noftram deprehendi finamus imperfectam, quo fcilicet tempore intercipiatur agendi facultas, quippe vbi mifericordiæ opus nullum cuiufpiam alterius virtutis aggredi poteris, vel exercere. Quare quinq; illæ virgines parum prudentes, ante oculos nobis proponendæ funt, quæ dum lampadum fuarum oleum comparaturæ retrocedunt, aduentu interim fponfi claufa ianua excluduntur, non amplius admittendæ. Idem admonemur ex prouerbijs à Salomone: Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, nam craftino tibi dabo, cū ftatim poffis dare: nefcis enim quid pariat fuperuentura dies. Ad hoc ita Hefychius: Feftina, neque quicquam differas, ne fortè in eas coarcteris anguftias, vnde expedire te nequeas, eo'q; difficultatis adigaris, vt eueftigiò rerum omnium, quas tractaueris, rationes reddere cogaris. Epicurus qui plerifq; in alijs, res alias agere deprehenditur, in eo verfu prudentiffimè fe gefsit, cū dixit:

[F] *Ἐκ τῆς ἡμῶν ἀρχαίας ἀρετῆς ἀπαρνῆται*

Nemo hominum est, qui non inter agendum obeat.

Quòd fi quis ætate noftra, præter bonorum omniū fpem oppreffus, inter agendum obiit, quis vnquam maiore totius Romæ luctu defideratus quàm nofter Hippolytus~.qui parata ære fuo priuata triremi, forti'q; militum manu ad Carolum Imperatorem, qui Libyam debellabat, Chrifto'q; afferebat, priufquàm inſtructam nauem, explicata'q; vexilla illa Iulij fideris videre poſſet, medio itineris veneno letali, quo perditiffimus minifter ferculum infecerat, nobis tam iuuenis, tam Cæfari charus, tam eius gloriæ cupidus, miferabiliter interceptus eft. Paucis'q; pòſt menſibus, nepos eius Alexander Florentiæ Dux, Imperatoris ipſius gener, à cōfanguineo fibi coniunctiſſimo nō minori fcelere

mucrone crudeliſſimè dum dormiret trucidatus. Sed nolo vulnera tam atrocia refricare, po-

tius'q; tibi næniam, qua infeliciffimum vtrifq; cafum, iacturam'q;

& luctum noſtrum deploraui, pro libelli huius

coronide fubiungam.

Liber XLIII. 333
AHIPPOLYTI MEDICEI CARD. ET NE-
POTIS EIVS ALEXANDRI FLORENTIÆ DV-
CIS, MISERABILES EXITVS
deplorantur.

V *T*ùm potenti deciderit Iouis
Dextra, superbæ infigne latus domus,
Et strange & intenii fragore
Corda hominum attonita obstupefcunt:
Mox, dum miferum est puluere grandia
Cæmenta folui, parte alias latens
Erumpat improuifa flammæ
Vis, reliquum'q; operius ruina
Inuoluat oppreffum, cinis omnia
Puluis'q; fiant, præteruntium
[B]Honore & admiratione
Tecta prius celebrata, puncto
Uno auferantur temporis, omnium
Mortalium per corda pauor meat,
Confiderantum quàm caduca
Sin ea quæ afferimus beata:
Sic duplicato concidimus malo,
Quicumq; claras Mediceæ domus
Stellas colebamus, fideli
Obfequio, officijs'q; chari.
Nam vix cicatrix illa coiuerat
In altum adacti vulneris, intima
Per offa lapfi, cùm peremptum
Eximium Hippolytum abstulit mors.
[C]Qui dum chortes cogeret impigras,
Arma & triremes ære parans fuo,
Hanc vltro opem allaturus oræ
Cæfari opes Libyæ prementi,
Roma profectus Parthenopeium
Nauale iturus, de media via
Improuide interceptus atro
Fraude dato opprimitur veneno.
Hinc mille & illinc mille per auia
Sparfi locorum, fiue domi in fitu
Fletu'q; lugebamus, ægra
Pectora per, lachrymis profufis.
Cùm fæda clades huic fuper addita
Oppreffit incurfu fubito omnium
Mentes, & vnda vnda niuofis
Alpibus incubuit refufa.

Maiores aperto vulnere vulnera
Nunc facta funt, confanguinea vt manu
Confoffum Alexandrum in cubili
Fama tulit, medio'q; noctis.
Sic heu miferella hæc vita hominum omnibus
Iniuriarum obiecta periculis,
Quovis die'q; hora'q; noftro
Afsiduè capiti ingruentum.
Mens nulla prudens est adeò, vt queat
Obftare fati, vel petulantias
Ictus'q; fortunæ cauere,
Aut varios fubitos'q; cafus.
Sed magna Regum ô progenies, Ducem
Quæ Petrum Athenis magnanimū inclytis
Olim dedifti, tor'q; honorum
Muneribus titulis'q; fulges,
Quàm clari eratis, quàm prius improba
Turcæ tyrannis & Scythicum genus
In Græciam inuafiffet, alta
Vi fuperum imperio potita.
Fato Quiritum fcilicet Ilium
Enerfa, Romanum Imperium extulit.
Gens veftra Athenis pulfa, vt orbis
Confuleret statui vniuerfi.
Atq; hinc duorum Pontificum decus,
Amplum Leonis, mox venerabile
Clementis: id'q; ijsdem tiaris
Continuis propè colligatum.
At non potentes dicere Cofmidas,
Laurentiumq; & nobilium virum
Prouentum honoratum, Camænis
Lugubris licet, atq; mæftis,
Sed flere ademporum miferabiles
Vices, in ipfo limite gloriæ, &
Primo rudimento inuidendi
Nominis, egregiæ'q; laudis.
Heu quò inuentus, & validus vigor,
Et promptitudo mentu, & ingeni
Atq; indoles illa educata
Auspicijs fapientum auorum.

Pierii Val. Nænia.

*Quo purpuratus Hippolyto decor
Splendor'q; rerum, seu patruo comes
Puer fenem adiunaret, ingens
Pondus & imperij subiret.
Quem Cæsar alto in pulvere Pannonum
Vidit paratum cerner principem,
Contra superbaru cateruas
Gentium, & horribiles phalangas,
Cum Turca nunquam pluribus antea
Instructus armis, crederet Italas
Vires Iberum'q; robur
Et Tamefin domitare, & Albin,
Quem tota circum vis Asiatica
Nilq; latè gens vaga turgidi,
Et Græciæ totius arma,
Atq; Scythæ, atq; Arabes obibant.
Uerum explicatos vidit vt ordines
Nostrorum ita acri prælia spiritu
Poscentium, aufugit, reductis
Retrò equitum peditum'q; turmis.
At qui virum se præstiterat foris,
Haudquaquam inerti pectore erat domi,
Quem multo abundantem Senatus
Confilio iuuenem probabat.
Qui sæpe Romam feditionibus
Tumultu antem, iras'q; Quiritium
Pacasset, irrumpens in arma
Fronte hilaro, eloquiôq; dulci.
Qui splendidas tot diuitias, opes
Tantas amicis atq; clientibus
Uellet paratas, se exhiberet
Ditem alijs, sibi pauper vni.
Siue apparatu Regifico penum
Elaboratum apponeret omnibus
Aequaliter, parcissimo ipse,
Et tenui & facili vteretur.*

*Sed quis modum vitæ omnis, & integram [D]
Synceritatem narret? Hic omnibus
In posterum exemplo futurus,
Tam viridi excipitur iuuenta.
Immitis aufert Parca eadem Ducem
Illustrem Alexandrum iuuenem inclytum,
Florentia, Hetruscîq; regni
Omne decus, columen'q; summum,
Quo iustum & æquum Principe floruit,
Seruata morum est integritas, fides
Intaminata. At vis scelestæ
Pulsa procul, pudor ipse tutus.
Hic gloriosi Caroli erat gener
Selectus omni degrege. Filio
Hic Regio Henrico sororem
Coniugio celebri elocarat. [E]
Hæc obsuerunt, perniciem hæc bonis
Traxere, vestræ nomina gloriæ
Uos abstulerunt. Hæc amarum
Inuidiæ stimulum incitarunt.
Laboriosum scilicet est opus,
Tutum esse Regem, qui violentiæ
Obster fuorum, vllumq; fraudi
Esse locum vetet, & rapinis.
Sic Pertinacis mens bona: Seruij
Sic victa virtus cæde nefaria:
Sic multa vbiq; exempla, quorum
Iam numerum hoc etiam obtinebit.
At vos meum vnum præsidium ac decus,
Si quid clientis Musa erit, ibitis [F]
Nunquam vel ignotis, vel vllis
Illachrymabilibus recensî.
Non vos ego inquam perpetiar mori,
Dum vis mihi afsit, perpetuum quibus
Debetur excelsa in columna
Nomen, bonos, statuae, as'q; fufum.*

N Æ N I Æ F I N I S.